MISSALE DIOECESIS PATAVIENSIS
Wien, 1477 Seite 74r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

factus est pro nobis obediens
usque ad mortem: mortem autem
crucis. Propter quod et deus exalta
vit illum et donavit illi nomen
quod est super omne nomen: ut in no
mine jesu omne genu flectatur ce
lestium terrestrium et infernorum. Et
omnis lingua confitetur quia
dominus jesus christus in gloria est dei patris.

Tenuisti manum dexteram Grad.
meam in voluntate tua deduxisti me cum
gloria assumpsisti me. ℣ Quam bonus
israel deus rectis corde. Mei autem pene sunt
sunt pedes pene effusi sunt gressus mei
quia zelavi in peccatoribus pacem peccatorum
videns. Tractus Eus deus meus
respice in me quare me delinquisti. ℣.
Longe a salute mea verba delictorum
meorum. ℣. Deus meus clamabo per
diem nec exaudies et nocte et non ad
sipiam tu. ℣ Tu autem in sancto habitas
laus israel. ℣ In te speraverunt patres nostri
speraverunt et liberasti eos. ℣ Ad te clama
verunt et salvi facti sunt in te speraverunt
et non sunt confusi. ℣ Ego autem sum ver
mis et non homo opprobrium hominum et ab
jectio plebis. ℣ Omnes qui videbant
me aspernabant me locuti sunt labiis
et moverunt caput. ℣ Speravit in do
mino eripiat eum saluum faciat eum
quoniam vult eum. ℣. Ipsi vero considera
verunt et inspexerunt me diviserunt sibi
vestimenta mea et super vestem meam
miserunt sortem. ℣ Libera me de ore
leonis et a cornibus unicornium humi
litatem meam. ℣ Qui timetis dominum lau
date eum omne semen jacob magnifi
cate eum. ℣ Annunciabitur domino generatio ven
tura annunciabunt celi justitiam ejus
Populo qui nascetur quem fecit dominus.

Passio domini nostri jesu xpi. secundum
Illo tempo. D. i. d. s. matth.
Scitis quia post biduum pascha
fiet: filius hominis tradetur ut
crucifigatur. Tunc congregati sunt
principes sacerdotum et seniores populi
in atrium principis sacerdotum qui
dicebatur caiphas: et consilio
fecerunt ut jesum dolo tenerent
et occiderent. Dicebant autem non
in die festo ne forte tumultus
fieret in populo. Cum autem jesus
esset in bethania in domo simo
nis lepsi: accessit ad eum mulier
habens alabastrum unguenti pretiosi:
et effudit super caput ipsius recum
bentis. Videntes autem discipuli
indignati sunt dicentes. Ut quid
perditio hec? Potuit enim istud
venundari multo: et dari pauperibus
Sciens autem jesus ait illis. Quid
molesti estis huic mulieri? Opus
bonum operata est in me. Nam
semper pauperes habetis vobiscum: